

nibus utilitatem sentire possint : & si dominorum alter communionem facere nolit, ad illam invitatus etiam compellatur.

CONSTIT. CIII. DE IIS QUI DE MARITIMIS PREDIIS AD CONSTITUENDAS REMORAS PISCATORIAS SOCIETATEM INEUNT.

In societatis usitatum est, ut fere qui plus contulit, idem plus lucri sentiat. Et recte sane negotium infituitur, inter quos ita convenit.

CONSTIT. CIV. DE PISCATORIIS REMORIS INTER QUAS LEGITIMUM INTERSTITIUM NON EST.

Quandoquidem saepe usu venit, ut quum legitimo intervallo viciniae inter se remora piscatoria non dissent, contentiones atque lites exsuscitentur: de iis etiam controversiis statuumus, ut reus ubi legitime convictus fuerit, si loci spatium patiatur, eo remoras transferat.

CONSTIT. CV. SI MAGISTRATUS ALIQUIS RES FISCALES FURATUS ESSE DEPREHENSUS SIT.

Laudabilis res est legitima castigatio & poena, quod incompofita emendet: & ad mala propensos, ne in illa proruant, vel invictos restringat.

1 Si ita est, inviti interdum compelluntur ad communionem, & ita restringitur l. 26. §. 4. ff. de cond. indob. & aliae de quibus dixi ad l. ult. c. comm. distid.

2 Vide quod dixi ad l. 69. ff. de reg. iur. 3 Novus, 4 Pede teochei iustitiam. De epochi, adde Novell. 47. Novell. 102. fup. eodem. Novell. 104. inf. 5 Non ut ceteris casibus, qui plus consulti in societatis communionem, plus lucri percipit, ita hic in oratione maritimarum communionem: ideoque haec constitutio exceptio est ad leges, quae potiores partes conferunt plus contententi, l. 6. l. 80. l. 83. ff. pro socio. 6 Rede haec parvula adjecta est. Interdum enim qui plus pecuniae contribuit, parvi iure non plus percipit, sed societate, quam qui vel minus, vel nihil (operam tamen) contulit. l. 8. §. 1. ff. pro socio. §. 2. infra. de societate. 7 l. 6. ff. pro socio. 8 An ego, id est, l. 8. §. 1. ff. pro socio. 9 Non pro ratione praediorum d. l. 6.

10 Pede teochei. Scimus, de epochi, adde Nov. 57. 102. 103. fup. eod. 11 Annotatio. Scimus, 12 Ezechielis teochei teochei. Rede teochei: solebant enim in mari pelio considere ad recta extendenda. 13 Si quis in prophyrum vicini suam teochei portaret decem, vicino praedit & accente, ut viciniano vicino absente, non poterit tot anorum possessione moveri. 14 Pede teochei teochei teochei. Scimus, 15 Pede teochei teochei teochei. Scimus, quae & Graeci & Latini fere utuntur. 16 Teochei teochei teochei teochei teochei teochei. Scimus, quod haecum Graeci interpretantur teochei teochei, & solvitur, vid. l. 15. ff. qui pascunt in pascuis. 17 Teochei teochei teochei teochei teochei. Cujus. 14. obf. 1.

est correctionis, quomodo inde manantis medicationis, si qui cuiquam mortem intulisse convictus non sit, morte puniatur? Medici sane quidem non praefice integra membra fecerit jubent, & lex quum medicorum commiseratione infirmo majorem pra se ferat commiserationem, (si quidem corpus tantummodo speflat medicum beneficium, leges vero tam animo, quam corpori beneficia praefant,) tantam crudelitatem in eos, quibus mederi vult, exercet? Haec itaque quum hunc ad modum sese habeant, placuit nostrae majestati, ut quae lex mortem decernit in magistratum, qui res fiscales furatus esse deprehensus sit, neque vero in hunc solum, sed in illos etiam, qui hac in re illi socii fuerint: haec tanquam ab humano legalique ingenio aliena, non amplius in legalibus constitutionibus locum habeat, neque nominem quidem, & velut supervacanea extra republicam projiciatur. Dehinc vero istiusmodi magistratus pro fiscalis rei furto dignitate expellatur: quaeque surripuerint, haec in duplum dependant. Qui autem in hoc communiarunt, si divites sint, eidem poena subdantur: sin pauperes, flagris caeli ignominiose tonitruo exulare jubentur.

CONSTIT. CVI. DE INDOTATIS MULIERIBUS QUANTUM MARITIS MORTUIS EX IPSORUM BONIS LUCCRENTUR.

Item quae modo aliquo absurda, aequitate esse dissentanea apparet, in de illa lege ad decentem constitutionem deducamus, operae pretium nos facturos videmur. At quae illa tandem est? Quod quae mulieres inopes (id quod non rarum est) locupletibus viris matrimonio junguntur, haec illis defunctis provenientes ex ipsorum bonis portionem (provenit autem, si pauciores quatuor liberi sint, cognominis illi numero portio, quatuor si nemp: sin aut plures, quantum quisque illorum habet) non in perpetuum dominium, neque ut de illa testari possit: sed ad vitam in usufructum tantummodo, & ut inde vitam sustentent, accipiant: & ipsis mortuis in liberorum hujus portionis dominium transferatur, neque illis rebus suis utendi quomodo velint potestas concedatur, extra quam si nulli liberi super sint, quod infortunium illis rerum dominio beet: ut haud sciam utrum mulier ex se fructum videre praeparet, an vero ne nascatur aliquis, quo devolvenda ad ipsam portionis domina fiat, execrabunda praetur. Hanc vero absurditatem Imperatoria nostra majestas corrigens, sancit, ne istius portionis dominium mulieri auferatur, utique ipsa quomodo visum sit, de illa statuatur, & nihil aliud liberis quam quod ex Falcidia ipsis competit, debeatur: tamen si priorem nuptiarum illa non obliviscatur, neque inducitur altero marito prioris tunc contumeliam inferat: quod si contingat, a nobis attributo dominio profusus excidet: illaque facta liberis rerum dominium fient.

CONSTIT. CVII. UT ACTOR ANTE LITIS CONTESTATIONEM PORECTE LIBELLO JUDICIALI FIDEM SUAM PROBET.

Siquicquid honestum viteque humane utile est, a senio liberum ac semper verum vitare, neque unquam eius utilitas defecerit: id vero longe praesantissimum foret. Quamobrem etiam contingat (ut sane praesantius contingere solet) ut eo neglecto utilitas deperat, quorum cura communis vite bona incumbunt: hi certe ut ne id quod de se multum utilitatis in commune diffundat, restituerent negligant, sane quam conveniens est. Ea propter & nostra Majestas legem quandam rebus humanis multo quondam utilissimam, nunc vero velut senio confectam, & ne profusus utilitatis fiat periclitantem, ad pristinum robur reducens, senii incommodum quali abradit, & ad primitivum ipsius usum, reique publice utilitatem renovat. Lex autem de illis, qui actionem movent, agit, ut hi priusquam ad rei disquisitionem deveniantur, de suo instituto judici fidem faciant, scripto complexi, se nullo dolo malo adversarium inquietare, neque alio iudicio condemnatos esse, neque in praesens scire se nullam ad tribunal aditum habere, & maligno ingenio negotium facessere, neque denique mendacis veritatem intervertere conatos esse. Atque haec quidem legis praescripta sunt: quae sane recte esse habent, & ea qui transgredietur, hinc poena infligebatur. Neque vero huic soli, sed casuram etiam patronos iidem dicta iudicabat. Itaque hanc (quemadmodum dixi) nos deperditam, tum ad pristinas vires reducit, tum in rem publicam reditu donat. Ac vero fancimus, ut qui dehinc in iudicium procedere velint, ante introitum quae a lege praescribuntur, exhibeant.

CONSTIT. CVIII. DE EO, QUI AD PRIMAM DENUNCIATIONEM JUDICIO SE NON SISTIT.

κατάστα, τῆς ἐκδικήσεως διὰ τῶν ἀναφωριστῶν. (Cujus. dist. loco legit ἀναφωριστῶν) ἀναφωριστῶν idem legit ἀναφωριστῶν.

18 Dupli poena puniatur, ut hic. non capitaliter, & ita abrogatur lex unica Cod. de crimine pecculato. 19 Vid. tit. C. de emend. pignorum. 20 Exemplum vid. l. 5. ff. ad l. Pomp. de parried. 21 Leges, parentes reipublicae. 22 Nov. 61. fup. eod. Nov. Justin. 62. c. 10. l. 11. ff. de paried. 23 Legum commentario medicini maior. 24 Jusperitum medicum antecellit: & contentio quater medicum studium iuridico cedit. 25 Legum utilitas. 26 Nov. 96. fup. eod. 27 Haec Nov. 53. Leonis dicitur ab Harmenopulo s. tit. 8. §. 95. 28 Novell. 53. c. 6. 117. c. 4. 29 Quarta filii et plebs dominio fit uxoris, ut hic, non vix solo, ut olim, & ita abrogatur Nov. 117. c. 5. vers. ff. autem, ibi, ut uxorem suam in talibus rebus mulier habeat. 30 Saepa evenit, ut pauperes mulieres ditioribus maritis elocentur. 31 De quarta uxoris istius competentis in bonis mariti locupletis defuncti, vid. quae scripsi ad Novell. Justin. 117. c. 5. & Antheuticum praeterea. Cod. unde viri uxoris. 32 Abrogatur d. c. 5. §. 1. de l. 33 Id est, ita tamen ne ad secundus transeat nuptias. 34 Dixi ad Novell. 97. fup. eod. 35 Id est, iure. reductor Nov. 49. Justin. c. 3. 36 Οὐρα δολοχρηστῆ, dixi ad Nov. 99. fup. eod. 37 Nov. Justin. 49. cap. 3. 38 In usum revocatur Nov. Justin. 69. c. 2. Novell. 112. cap. 3. 1. Harm. 2. §. 6. in fin. Neque

Conft. CXII. Ut si maritus per matrimonii tempus in furorem incidat, intra &c.

Neque vero hoc, tametsi neglectum hactenus contemptuque habitum sit, incoerctum relinquit fas est, potiusque ut conventienti auxilio potiarer, conventi: utpote quod humanis rebus multam de se utilitatem praebet. Nos itaque quemadmodum sit tractatus, qui litem infutire volentibus formam praescribit, innovatus est, ad consimilem etiam modum hoc innovantes, fancimus, ut qui femel judiciali citatione in jus vocatus, neque ipse parerit, neque alium qui pro ipso in iudicio fe offerat, mittit, iterum judiciali denunciatione impetatur: qui si similiter non obtemperet, neque tercia denunciatione indignus censatur: & si quidem, quum tam patienter judicialis clementia ipsam expectet, ipse nihilominus tercia citatione contentens (quem nulla iusta causa comparationem ejus impedit) neque per se, neque per alium iudicio siliat: tunc omnino etiam absens condemnatur, & nequaquam deinceps, vel quaeionem movere, vel condemnationem subterfugere ipsi permittatur. Atque hoc in utrumque litigatore decernimus, five quis in jus vocatus comparere negligat: five quis actione instituta, adversarioque in iudicium producto, deinde ipsi molestias proelationesque litem machinans ab intenta actione dolo malo desinat. Et enim hic quoque, ubi ter a iudice citatus non paruerit, absens condemnabitur, ita tamen (quemadmodum dixi) si nulla causa, quae illum, qui se in iudicio non obtulit, venilimiliter purget, ad iustam exculationem subit.

CONSTIT. CIX. NE INTRA SEPTIMUM ETATIS ANNUM SPONSALIA INEANTUR, NEQUE ANTE DECIMUM QUINTUM MARITUS, AUT DECIMUM TERTIUM FOEMINIUM MATRIMONIUM CONSECRETUR.

Quum funis cuique rei tempus esse sapiens tradat, idque commune omnium, qui modo mentis compotes sunt, sententiam tum amplectatur, tum probet: in omni actione tempus observare, longe pulcherrimum fuerit. Quod si fortasse alibi, in comprehendendis rebus matrimonii negligi non debet. Oportet enim, ut quo ea res in communi vita magis necessaria est, eo prudentius cautiusque ad illam procedatur. Quam sane nos ob causam secundum veteres, qui recte hac de re lege lata fuerunt, fancimus ne quo modo ante, quae septimum aetatis annum sponsalia constituantur, neque matrimonium sponsa duodecim, sponsa vero quatuordecim annis minore, sacris 11 ceremoniis confirmetur. Atque hoc quidem quantum ad commune publicumque reipublicae usum attinet, ita vetitum sit. Verum si Imperator (ut saepe accidit) novam familiam consiciens, & sponsalia, & consecratione peragendam conjugationem intra praesentis annos desponsandis decreto permitat, id nihil legi adversabitur. Licium enim est, ut quibus Deus univerti terrarum orbis, tanquam familiae consupiam administrationem demandavit, hic secus quam lex quae subditos devincit, praescribat, familias cogant.

CONSTIT. CX. UT MULIER SOLUTO MATRIMONIO DOTE SUAM PROPTEREA NEPTIAS DONATIONEM, ET RELIQUAM OMNEM MARITI SUBSTANTIAM IN COMMENTARIUM CONSCRIBAT, AC EO PROLATO RESARCIRI SIBI POTULET, SI QUID DAMNI IN REBUS SUI A MARITO SE PASSAM DICAT: CITRA COMMENTARIUM AUTEM EVIDENTER PROBATIONEM NIHIL PETAT, AUT PENE DIO ACCIPIAT.

Quum praeter alia, quae sanctorum veteribus de matrimonii rebus tractata sunt, huic quoque tractatus satis prospectum sit: ut nemp mulier soluto matrimonio non quoquo modo res maritales percipiendas & detinendas vendicat; sed si de illis controversia moveatur, confectum post mortem mariti de dote sua & donatione propter nuptias, reliquisque maritalibus facultatibus commentarium publicum prius exhibeat: & si quid ex dote a marito consumptum esse appareat, id ex ipsis bonis repetat, quum hoc, inquam, quomodo jus atque aequitas postulat, a veteribus constitutum sit, ac vero nunc ejus nulla ratio habeatur: quoniam veterum prudentiae utilitatem conservandam ducimus, illorum functionem renovantes statuumus, ut dehinc omnibus modis de dote, propter nuptias donatione, & aliis quibuscunque maritalibus rebus a mulieribus commentarius conficiatur: quo utendo ad istiusmodi controversiae speciem adiungatur, & ad res maritales, pro eo quantum ipsarum res deterioris redditae sunt, procedere velint; ex eo commentario aut probatione petitionis aequi cognoscatur, ut tunc recte res maritorum vindicent, quando commentario comprehensa ab illis insumpsa esse constabit. Citra commentarii autem testimonium, neque petio loco inveniat, neque illa contentio petentes aut audiantur, aut quicumque eorum quae petunt con-

1 Vid. tit. ff. de ius vocando. 2 Vid. distid. caput tertium. 3 Et ita reuocatur l. 14. ff. de pignol. Arguunt, antea constituta, ne minor x. annis sponsa habere, vid. Dion. Zonae. exat vero haec Novella apud Harmenop. 4 tit. 1. §. 11. 4 Infantia his annis delimit, d. l. 14. l. 1. ff. de admijn. §. pariet. l. 1. §. 3. C. qui admittit. l. 18. §. de iure delib. 5 Κασπὸς τῶ πατρὶ σπυμάματι. 6 Ed. 3. 7 Τεταρτὸ τῶ κασπῶν. 8 d. l. 14. intelligit. 9 Ante septimum annum sponsalia non constituunt. 10 Matrimonium feminis ante 12. annuum non contrahunt, nisi ante 14. l. 9. ff. de sponsal. 11 ΕΣΤΡΑΠΕΛΙΑΣ. 12 Vid. Novell. Iusticij Anthon. 2. l. 2. §. 17. 13 Subditi principis familia. 14 Exat apud Harmenopulum lib. 1. tit. 13. §. 37. 15 Αποσφραγισθὴ nota de inventario rerum dotalium. 16 Intra tres menses, ut J. eod. 17 Xαλρῶ ἀποσφραγισθὴ. 18 Jusconsultus & Imperatoris: adde Photium §. Noumen. 28. 29. c. 10. 19 Idem temporis spatium inventario bonorum defuncti faciendum praescribit l. ult. §. 2. c. de iure delib. & inventario bonorum pupilli §. Harmenop. 11. c. 20 De viro, Nov. 112. J. eod. 21 Novella Nicephori Botoniatie c. 1. J. item confirmat, & Photius 13. Noumenon. 30. quo loco Ballamon bupuce Novelle mentionem facit, ut & Harmen. 4. tit. 1. c. 101. 22 Et ita abrogatur lex 16. in fin.

sequatur. Porro commentarii conficiendi tempus statuumus: ut intra tres 19 menses fiat: & cujusmodi multa veteribus in tutores constituta est, talis etiam hic procedat.

CONSTIT. CXI. UT SI UXOR MENTE CAPTIATUR IDQUE NEQUE DOLO MARITI, NEQUE IPSO CONSCIO, ALIORUM MALITIA OBSTAT, ET ULTRA TRES ANNOS ID MALUM DURET: MATRIMONIUM DIRIMATUR, ALTERAQUE UXOREM DUCERE MARITO LICET.

Idem Imperator eidem Styliano. Nihil adeo ad conservandum genus humanum esse necessarium, atque quod colta viro attributum est subidium, cum artificio attendatur. Quod cum ita sit, par atque conveniens erat, legis providentiam, & si qua aliunde cura mortalium rebus succurrat, istiusmodi de re illa commentarii & statueri, quae per omnem vitam illis qui conjugii nexu uniti sunt, auxilio gaudioque sint: quae initio propositum conjugii finem confinement, non vero contra affligant, & miseriam perpetuamque moerorem adferant. Si ergo conjugium tale esse oporteat (quemadmodum certe oportet) non sane suspicienda mihi illa lex videtur, quae si post initum matrimonium furore uxori corripatur, maritum illum perpetuo retinere, & furoris incommodum semper ferre cogit. Ubi enim approbetur, ubi rationi consentaneum, aut matrimonialis convictus sollicitudine dignum videatur, ut per totam vitam maritus infanctus uxori alligetur, ejusque fedatitibus conficiatur? Si enim nullo adeo trullentus sit, ut vel momento quemquam cum feris in eundem locum includere sustineat: quomodo legis benignitate praedita illa lex est? quae perpetuo effratere furore conjugii cohabitare maritum jubet? Sed per conjugium inquit? in unum corpus coierunt, oportetque membrum alterum alterius morbos perpetui & divinum praecipuum esse, quos Deus junxit, ne sequeantur. Praecura quidem hac & divina, utpote quae a Deo pronuntiata sunt: verum non recte, neque secundum divinum propositum hic in medium adferuntur. Si enim matrimonium talem statum conservaret, qualem ejus in principio probaba exhibuisset, quisquis separaret, improbus profecto esset, neque reprehensionem effugeret. Jam vero quum praefurore ne vocem quidem humanam a muliere audias, nedum aliud quidquam eorum quae ad oblectamentum & hilaritatem matrimonium largitur, ab illa obtineas, quis adeo acerbum horrendumque matrimonium dirimere nolit? Ea propter fancimus, ut si quando post initum matrimonium mulier in furorem incidat, ad tres annos infortunium maritus ferat, molestiamque tolereat, & nisi interea temporis ab isto malo illa liberetur, neque ad mentem redeat, tunc matrimonium dirimatur, maritusque ab intolerabili illa calamitate exoneretur. Qui sanctioni hoc adjucimus, ut furoris causa investigetur, in eamque inquiritur, num forte mariti, aut ipso conficio familiarium ejus aliorumve quorumlibet technis atque dolo sit constatus. Quod si sic esse deprehendatur, & quidem maritus maleficio arguatur: ut hic in noxiam transformatus, nolens volens monasterio inclusus, nequitiarum suarum poenas luat, maritanti ex sacris canonibus animae curatio subiectus sit, decernimus. At si a cognatis ipsius, aut aliunde ipso conficio noxa orta sit.

CONSTIT. CXII. UT SI MARITUS PER MATRIMONII TEMPUS IN FUROREM INCIDAT, INTRA QUINQUENNIIUM MATRIMONIUM SOLVI NEQUAT: EO AUTEM ELAPSO, SI FUROR EUM ADHUC OCCUPET, SOLVI POSSIT.

Veterum Jurisconsultorum sententiam, quae furorem matrimonium impedire, jam initum autem non infirmare constituitur, neque convellere, neque reprehendere est animus: illosque ipsos ad iudicium suum, quo ad id decernendum commoti sunt, expendendum remitto: ut tamen illam aut approbem aut confirmem, quod id mihi approbatione indignum videatur, induci nequeo. Nam quum matrimonium, si furor preveniat, impediatur: at vero si initum jam matrimonio furor superveniat, illud nihil levi dicitur, quomodo hinc ad comprobandum illectetur? Si enim hoc in matrimonio spectatur, ut cum utriusque conjugis commodo contrahatur: quomodo, qui ne id ab initio tanquam inutile constatat, suadet, si postquam initum erit, eadem calamitas existat, non idem ejus compagem tanquam inutilem dissolvat? An operam dari oportet, ne quis omnino in mali cujusquam periculum incidat: qui vero jam incidit, hic sine omni ope relinquendus, ipsiusque calamitatum non misereferendum est? Quod perinde fit, atque si quis, priusquam morbo quiescat compariatur, adhibendum remedium existimet, at jam correptum negotio remedio mori finat. Veruntamen, id quod dixi, reprehendere Jurisconsultos non est animus: ut tamen ipsi adimplet, percontulatum abest. Praefertim vero quum multi alii modi ad solven-

ff. de vita nuptiarum, quae generaliter vetabat matrimonium ob furorem distidui, negata distinctione legis 22. §. 2. ff. soluta matronis, sed tamen Phutius dicto loco negat hanc Novellam Leonis usitam, hanc potius iuri civili, & Novelle Justiniani 22. c. 1. c. Novell. 117. c. 8. §. 9. quae inter causas divortii hanc non enumerat. 23 Cuius d. 2. §. 2. d. l. 16. in fin. l. 8. ff. de hie, qui sui. v. l. 4. ff. de divort. 25 Hinc latius persequendum est, non intelligi hoc loco d. §. 7. 26 Objectio. 27 Ex jure d. 29 Regum. 28 Matris. 29 vers. 6. 30 Νουμφεράδα. 31 Triennial furore uxoris matrimonium potest dirimi. 32 Quid enim, si uxor malis artibus mariti in furorem versata est? 33 Poena mariti, cujus malis artibus uxor in furorem versata est, adde l. 16. in fin. ff. de ritu nuptiarum. 37 Argumentum latius stratum ad hunc Novellae confirmationem obstrua.



